

actus gratiæ gratis data. Non igitur habet plenitudinem gratiarum.

Sed contra est quod Angelus ad eam dixit Luc. 1. 28. *Ave gratia plena.* Quod exponens Hieronymus in serm. de Assumptione (sua epist. ad Paul. & Eustoch. inter op. reject. inter princ. & med.) dicit: „ Bene gratia plena, quia ceteris per partes præstatur, Mariæ vero se totam simul infudit gratiæ plenitudo.“

Respondeo dicendum, quod quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principii. Unde Dionysius dicit iv. cap. celest. Hierar. (ante med.) quod Angeli, qui sunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus divinis, quam homines. Christus autem est principium gratiæ, secundum Divinitatem quidem auctoritative, secundum humanitatem vero instrumentaliter. Unde & Joan. 1. 17. dicitur: *Gratia, & veritas per Jesum Christum facta est.* Beata autem Virgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem, quia ex ea accepit humanam naturam. Et ideo præ ceteris majorem debuit à Christo gratiæ plenitudinem obtinere.

Ad primum ergo dicendum, quod unicuique à Deo datur gratia, secundum hoc ad quod eligitur. Et quia Christus, in quantum est homo, ad hoc fuit prædestinatus, & electus ut esset Filius Dei in virtute sanctificandi, hoc fuit sibi proprium ut haberet talem plenitudinem gratiæ quod redundaret in omnes, secundum quod dicitur Joan. 1. 16. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus.* Sed beata Virgo Maria tantam gratiæ obtinuit plenitudinem, ut esset propinquissima auctori gratiæ; ita quod eum qui est plenus omni gratia, in se reciperet, & eum pariendo, quodammodo gratiam ad omnes derivaret.

Ad secundum dicendum, quod in rebus naturalibus primo quidem est perfectio dispositionis, puta cum materia est perfecte ad formam disposita. Secundo autem est perfectio formæ, quæ est posterior: nam & ipse calor est perfectior qui provenit ex forma ignis, quam ille qui ad formam ignis disponebat. Tertio autem est perfectio finis; sicut ignis perfectissime habet proprias qualitates, cum ad locum suum pervenit. Et similiter in beata Virgine fuit triplex perfectio gratiæ. Prima quidem quasi dispositiva, per quam reddebatur idonea ad hoc quod esset mater Christi: & hæc fuit perfectio sanctificationis. Secunda autem perfectio gratiæ fuit in beata Virgine ex presentia Filii Dei in ejus utero incarnati. Tertia autem est perfectio finis, quam habet in gloria.

Quod autem secunda perfectio sit potior quam prima, & tertia quam secunda, patet quidem uno modo per liberationem à malo.

Nam primo in sua sanctificatione fuit liberata à culpa originali; secundo in conceptione Filii Dei fuit totaliter à fonte mundata; tertio vero in sui glorificatione fuit liberata etiam ab omni miseria. Alio modo per ordinem ad bonum: nam primo in sua sanctificatione adeptæ est gratiam inclinantem eam ad bonum; in conceptione autem Filii Dei consummata est ejus gratia confirmans eam in bono; in sui vero glorificatione consummata est ejus gratia perficiens eam in fruitione omnis boni.

Ad tertium dicendum, quod non est dubitandum quin B. Virgo accepit excellenter donum sapientiæ, & gratiam virtutum, & etiam gratiam prophetiæ; non tamen accepit ut haberet omnes usus harum, & similitum gratiarum, sicut habuit Christus, sed secundum quod conveniebat conditioni ipsius. Sapientiæ enim usum habuit in contemplando, secundum illud Luc. 11. 19. *Maria autem conservabat omnia verba hæc, censerens in corde suo;* non autem habuit usum sapientiæ quantum ad docendum, quia hoc non conveniebat sexui muliebris, secundum illud I. ad Timoth. 11. 12. *Docere autem mulieri non permittitur.* Miraculorum autem usus sibi non competebat, dum viveret: quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Christi miraculis. Et ideo soli Christo, & ejus discipulis, qui erant bajuli doctrinæ Christi, conveniebat miracula facere. Propter quod etiam de Joanne Baptista dicitur Joan. 2. *quod signum fecit nullum,* ut scilicet omnes Christo intenderent. Usum autem prophetiæ habuit, ut patet in Cantico quod fecit: *Magnificat anima mea Dominum, &c.* (Luc. 1. 47.)

ARTICULUS VI. 157

Utrum sic sanctificari fuerit proprium B. Virgini.

III. dist. 111. quæst. 1. art. 2. quæst. 1. ad 4.
& quæst. vi. quæst. v. art. 1. corp. fin.
& opus. 11. cap. cccxxiv. & Psal.
XLV. con. 5.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod sanctificari in utero post Christum proprium fuerit B. Virgini. Dicitur enim (art. 3. & 4. huj. quæst.) quod propter hoc B. Virgo fuit sanctificata in utero ut redderetur idonea ad hoc ut esset mater Dei. Sed hoc est proprium sibi. Ergo sola ipsa fuit sanctificata in utero.

2. Præterea. Aliqui videntur propinquius accessisse ad Christum quam Hieremias, & Joannes Baptista, qui dicuntur sanctificati in utero. Nam Christus specialiter dicitur filius David, & Abraham propter promissionem eis specialiter factam de Christo: In his etiam expressissime de eo prophetauit: Apostoli etiam cum ipso

ipso Christo conversati sunt: nec tamen leguntur sanctificati in utero. Ergo neque etiam Hieremias, & Joanni Baptista convenit sanctificari in utero.

3. Præterea. Job de se dicit Job xxxi. 18. *Ab infantia crevit mecum miseria, & de utero egressa est mecum:* nec tamen propter hoc dicimus eum sanctificatum in utero. Ergo neque etiam Joannem Baptistam, & Hieremiam cogimur dicere sanctificatos in utero.

Sed contra est quod dicitur de Hieremia Hierem. 1. 5. *Antequam exires de ventre, sanctificavi te:* & de Joanne Baptista dicitur Luc. 1. 15. *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris sue.*

Respondeo dicendum, quod Augustinus in epist. ad Dardanum (cclxxxvii. al. lviii. à med.) dubie videtur loqui de horum sanctificatione in utero. *Potuit enim exultatio Joannis in utero, ut ipse dicit, esse significatio rei sanctæ, scilicet quod mulier esset mater Dei, à majoribus cognoscenda, non à parvulo cognita. Unde in Evangelio non dicitur, Crediti infans in utero, sed, Exultavit. Videmus autem, exultationem non solum parvulorum, sed etiam pecorum esse. Sed hoc iniustata exitit, quia in utero. Et ideo sicut solent miracula fieri, facta est divinitus in infante, non humanitus ab infante. Quamquam etiam si usque adeo est in illo puer acceleratus usus rationis, & voluntatis, ut intra viscera matris jam posset cognoscere, credere, consentire (ad quod in aliis parvulis eam expellatur ut possint) & hoc in miraculis habendum puto divini potentie.*

Sed quia expresse in Evangelio (Luc. 1. 15.) dicitur, quod Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris sue: & de Hieremia expresse dicitur: *Antequam exires de utero, sanctificavi te:* afferendum videtur, eos sanctificatos in utero; quamvis in utero usum liberi arbitrii non habuerint: de quo Augustinus (loc. cit.) quæstionem movet: sicut etiam pueri, qui sanctificantur per baptismum, non statim habent usum liberi arbitrii. Nec est credendum, aliquos alios sanctificatos esse in utero de quibus Scriptura mentionem non facit, quia hujusmodi privilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus præter legem communem, ordinantur ad utilitatem aliorum, secundum illud I. ad Corinth. xii. 7. *Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem:* quæ nulla proveniret ex sanctificatione aliquorum in utero, nisi Ecclesiæ innotesceret. Et quamvis iudiciorum Dei non possit ratio assignari, quare scilicet huic, & non alii hoc munus gratiæ conferat; conveniens tamen videtur fuisse utrumque ditorum sanctificari in utero ad præfigurandam sanctificationem per Christum faciendam: primo quidem per ejus passionem, secundum illud Heb. ult. 12. *Jesus ut sanctificaret per suam sanguinem populum, extra portam passus est:* quam

quidem passionem Hieremias & verbis, & mysteriis apertissime prænuñtiavit, & suis passionibus expressissime præfiguravit: secundo per baptismum, secundum illud I. ad Corinth. vi. 11. *Sed abluti estis, sed sanctificati estis:* ad quem quidem baptismum Joannes suo baptismum homines præparavit.

Ad primum ergo dicendum, quod B. Virgo, quæ fuit à Deo electa in matrem, ampliore sanctificationis gratiam obtinuit quam Joannes Baptista, & Hieremias, qui sunt electi ut speciales præfiguratores sanctificationis Christi. Cujus signum est quod B. Virgini præstitum est ut de cetero non peccaret nec mortaliter, nec venialiter; aliis autem sanctificatis creditur præstitum esse ut de cetero mortaliter non peccarent, divina eos gratia protegente.

Ad secundum dicendum, quod quantum ad alia potuerunt sancti esse Christo conjunctiones quam Hieremias, & Joannes Baptista; qui tamen fuerunt ei conjunctissimi quantum ad expressam figuram sanctificationis ipsius, ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod miseria de qua ibi Job loquitur, non significat virtutem infusam, sed quandam inclinationem naturalem ad actum hujus virtutis.

QUÆSTIO XXVIII.

De virginitate B. Mariæ.

in quatuor articulis divisæ.

DEinde considerandum est virginitatis matris Dei: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, utrum fuerit virgo in concipiendo.

Secundo, utrum fuerit virgo in partu.

Tertio, utrum permanerit virgo post partum.

Quarto, utrum votum virginitatis emiserit.

ARTICULUS I. 158

Utrum B. Maria fuerit virgo in concipiendo.
II. cont. cap. xv. & opus. 11. cap. cccxxv. & opus. 11. cap. cccxxv. & opus. 11. cap. cccxxv. & opus. 11. cap. cccxxv.

AD primum sic proceditur. Videtur quod mater Dei non fuerit virgo in concipiendo Christum. Nulla enim proles quæ habet patrem, & matrem, ex virgine matre concipitur. Sed Christus non solum dicitur habere matrem, sed etiam patrem: dicitur enim Luc. 11. 27. *Erant pater ejus, & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo.* & infra 48.

vis Mariæ matertera Domini liberos intelligimus. Quatuor enim modis in Scripturis fratres dicuntur, scilicet natura, gente, cognatione, & affectu. Unde fratres Domini dicti sunt, non secundum naturam, quasi ab eadem matre nati, sed secundum cognationem, quasi consanguinei ejus existentes. Joseph autem, sicut Hieronymus dicit contra Helvidium (cap. ix. in fin.) magis credendus est virgo permansisse: quia aliam uxorem habuisse non scribitur, & fornicatio in sanctum virum non cadit.

Ad sextum dicendum, quod Maria, quæ dicitur Jacobi, & Joseph mater, non intelligitur esse mater Domini, quæ in Evangelio non confuevit nominari nisi cum cognominatione hujus dignitatis, quod sit Mater Jesu. Hæc autem Maria intelligitur esse uxor Alphaei, cujus filius est Jacobus minor, qui dicitur esse frater Domini.

ARTICULUS IV. 161

Utrum Mater Dei virginitatem voverit.

IV. dist. xxx. quest. 11. art. 1. quest. 1. & Matth. 1.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod Mater Dei virginitatem non voverit. Dicitur enim Deuter. vii. 14. Non erit apud te sterilitas utriusque sexus. Sterilitas autem sequitur virginitatem. Ergo servatio virginitatis erat contra præceptum veteris legis. Sed adhuc lex verus habebat statum, antequam Christus nasceretur. Ergo non potuit licite B. Virgo vovere virginitatem pro tempore illo.

2. Præterea. Apostolus I. ad Corinth. vii. 25. dicit: De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Sed perfectio consilii à Christo debuit inchoari, qui est finis legis, ut Apostolus dicit Rom. x. Non ergo conveniens fuit quod B. Virgo votum virginitatis emitteret.

3. Præterea. (a) Glossa Augustini dicit I. ad Timoth. v. (sup. illud, Habentes damnationem, &c. & hab. in lib. de bono viduit. cap. ix.) quod voventibus castitatem, non solum nubere, sed etiam velle nubere damnabile est: Sed Mater Christi nullum peccatum damnabile commisit, ut supra habitum est (quest. xxvii. art. 4.) Cum ergo desponsata fuerit, ut habetur Luc. 1. videtur quod ipsa virginitatis votum non emisisset.

Sed contra est quod Augustinus dicit in lib. de sancta virginitate (cap. iv. circ. princ.) Annuntiansi Angelo Maria respondit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? quod profec-

(a) Ita post Nicolajum recentiores editi correxerunt; veteres Apostolus dicit, &c. Cod. Alcan. Cambr. Paris. Glossa Hieronymi, ut habetur in decretis dist. xxvii. cap. Voventibus, quod quem tamen non reperiri, ibi Appendix notat.

to non diceret, nisi prius se virginem Deo vovisset.

Respondeo dicendum, quod, sicut in secunda parte habitum est (2.2. quest. lxxxviii. art. 6.) perfectionis opera magis sunt laudabilia, si ex voto celebrentur. Virginitas autem in Matre Dei præcipue debuit polleere, ut ex supra dictis rationibus patet (art. 1. hujus quest.) Et ideo conveniens fuit ut virginitas ejus ex voto esset Deo consecrata.

Verum quia tempore legis oportebat generationi insistere tam mulieres, quam viros, quia secundum carnis originem cultus Dei propagabatur, antequam ex illo populo Christus nasceretur; Mater Dei non creditur, antequam desponsaretur Joseph, absolute virginitatem vovisse; sed licet eam in desiderio haberet, super hoc tamen voluntatem suam divino commisit arbitrio. Postmodum vero, accepto sponso, secundum quod mores illius temporis exigebant, simul cum eo votum virginitatis emisit.

Ad primum ergo dicendum, quod quia videbatur esse lege prohibitum non dare operam ad relinquendum semen super terram, ideo non simpliciter virginitatem vovit Dei genitrix, sed sub conditione, si Deo placeret; postquam autem ei innotuit hoc esse Deo acceptum, absolute vovit, antequam ab Angelo annuntiaretur.

Ad secundum dicendum, quod sicut gratiæ plenitudo perfecte quidem fuit in Christo, & tamen aliqua ejus inchoatio præcessit in matre; ita etiam observatio consiliorum, quæ per gratiam Dei fit, perfecte quidem inchoat in Christo, sed aliquo modo fuit inchoata in Virgine matre ejus.

Ad tertium dicendum, quod verbum illud Apostoli est intelligendum de illis quæ absolute castitatem vovent: quod quidem Mater Dei non fecit, antequam Joseph desponsaretur; sed post desponsationem ex communi voluntate simul cum sponso suo votum virginitatis emisit.

QUESTIO XXIX.

De Matris Dei desponsatione,

in duos articulos divisæ.

Deinde considerandum est de desponsatione Matris Dei: & circa hoc queruntur duo. Primo, utrum Christus debuerit de desponsata nasci.

Secundo, utrum fuerit verum matrimonium inter Mariam matrem Domini & Joseph.

AR.

ARTICULUS I. 162

Utrum Christus nasci debuerit de Virgine desponsata.

IV. dist. xxx. quest. 11. art. 1. quest. 2. & Matth. 1.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Christus non debuerit de virgine desponsata nasci. Desponsatio enim ad carnalem copulam ordinatur. Sed Mater Domini nunquam voluit carnali copula uti, quia hoc derogaret virginitati mentis ipsius. Ergo non debuit esse desponsata.

2. Præterea. Quod Christus ex virgine nasceretur, miraculum fuit: unde Augustinus dicit in epist. ad Volusianum (cxxxvii. al. 111. ante med.) Ipsa Dei virtus per involata matris virgine viscera infantis eduxit, quæ postea per clausa ostia membra juvenis introduxit. Hic si ratio queritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare. Sed miracula sunt ad confirmationem fidei: unde debent esse manifesta. Cum igitur per desponsationem hoc miraculum fuerit umbratum, videtur non fuisse conveniens quod Christus de desponsata nasceretur.

3. Præterea. Ignatius Martyr, ut Hieronymus dicit super Matth. (cap. 1. sup. illud, Cum esset desponsata) hanc causam assignavit desponsationis Matris Dei, ut partus ejus diabolo celaretur; dum eum putat non de Virgine, sed ex uxore generatum. Quæ quidem causa nulla esse videtur: tum quia diabolus ea quæ corporaliter sunt, perspicacitate sui sensus cognoscit: tum etiam quia postmodum per multa evidentiæ signa demones aliquoties Christum cognoverunt: unde dicitur Marci 1. 24. quod homo in spiritu inimico exclamavit dicens: Quid nobis, & tibi Jesu Nazarenè? Venisti ante tempus perdere nos? Scio quod sis sanctus Dei. Non ergo videtur conveniens fuisse quod Mater Dei esset desponsata.

4. Præterea. Aliam rationem assignat Hieronymus (loc. cit.) Ne lapidaretur Mater Dei à Judæis, sicut adultera. Hæc autem ratio nulla esse videtur: si enim non esset desponsata, non posset de adulterio condemnari. Et ita non videtur rationabile fuisse quod Christus de desponsata virgine nasceretur.

Sed contra est quod dicitur Matth. 1. 18. Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph: & Luc. 1. 26. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph.

Respondeo dicendum, quod conveniens

(a) Ita optime Nicolajus; & posteriores editi. Al.

fuit Christum de desponsata virgine nasci, tum propter ipsum, tum propter matrem, tum etiam propter nos. Propter ipsum quidem Christum quadruplici ratione. Primo quidem ne ab Infidelibus tamquam illegitime natus abjiceretur. Unde Ambrosius dicit super Luc. (cap. 1. sup. illud In mense sexto) Quid Judæis, quid Herodi possit adscribi, si natum viderentur ex adulterio persecuti? Secundo ut confucto modo ejus genealogia per virum describeretur. Unde dicit Ambrosius super Luc. (cap. 111. sup. illud & ipse Jesus erat, &c.) Qui in seculum venit, seculi debuit more describi. Viri autem persona queritur, qui in senatu, & reliquis curiarum civitatum generis astricti dignitatem. Consuetudo etiam nos inquit Scripturarum, quæ semper viri originem querit. Tertio ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra quem vehementius nocumenta procuraret. Et ideo Ignatius dicit, ipsam fuisse desponsatam, ut partus ejus diabolo celaretur. Quarto ut à Joseph nutriretur: unde & pater ejus dicitur esse, quasi nutritus. Fuit etiam conveniens ex parte Virginis. Primo quidem quia per hoc redditur immunitas à pena, ne scilicet lapidaretur à Judæis tamquam adultera, ut Hieronymus dicit (loc. sup. cit.) Secundo ut per hoc ab infamia liberaretur. Unde dicit Ambrosius super Luc. (cap. 1. sup. illud In mense sexto) quod desponsata est, ne remaneret virginitatis adueretur infamia, cui gratia viri alius corruptela videretur infigne præferre. Tertio ut ei à Joseph ministerium exhiberetur, ut Hieronymus dicit (loc. cit.) Ex parte etiam nostra hoc fuit conveniens. Primo quidem quia testimonio Joseph comprobatur est, Christum ex virgine natum. Unde Ambrosius dicit super Luc. (loc. sup. cit.) Luceptior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset (a) & dolere injuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Secundo quia ipsa verba Virginis Matris magis credibilia redduntur suam virginitatem afferentis. Unde Ambrosius dicit sup. Luc. (ibid.) Fides Maria verbi major adsciscitur, & mendacii causa removetur. Videtur enim culpam obumbrare voluisse mendacio inupta prægnans. Causam autem mentidaci desponsata non habuit, cum conjugii premium, & gratia nuptiarum partus sit femininarum: quæ quidem duo pertinent ad firmitatem fidei nostræ. Tertio ut tolleretur excusatio virginibus, quæ propter suam incautelam non vident infamiam. Unde Ambrosius dicit (ibid.) Non devent virginitas sinistra opinione voventibus, velamen excusationis relinquat, quod infamata mater quoque Domini videretur. Quarto quia per hoc significatur universa Ecclesia; quæ cum virgo sit, desponsata tamen est uni viro Christo, ut Augustinus dicit in lib. de Sancta Virginitate (cap. xii.) non magis multumque suscipit mundum. Po-

„caverat, egressus devirginasse credendus sit.“ Unde illa adaptatio non significat refectionem communem claustrii pudoris virginici, sed solum exitum prolis de utero matris.

Ad secundum dicendum, quod ita Christus voluit veritatem sui corporis demonstrare quod etiam ejus Divinitas declararetur: & ideo permixtione mira humilibus. Unde ut corpus ejus verum ostenderetur, nascitur ex femina; sed ut ostenderetur ejus Divinitas, nascitur ex virgine. Talis enim partus decet Deum, ut Ambrosius dicit in hymno Nativitatis.

Ad tertium dicendum, quod quidam dixerunt, Christum in sua natiuitate dotem subtilitatis assumptisse, sicut quando ambulavit sicis pedibus super mare, dicunt eum assumptisse dotem agilitatis. Sed hoc non convenit his que supra determinata sunt (quæst. xiv.) Hujusmodi enim dotes corporis gloriosi proveniunt ex redundantia gloriæ animæ ad corpus, ut infra dicitur, cum tractabitur de corporibus gloriosis (in supplem. quæst. xv.) Dicitur est autem supra (quæst. xiv. art. 1. ad 2.) quod Christus ante passionem permixtione carni suæ agere, & pati quæ propria; nec fiebat talis redundancia gloriæ ad animam ad corpus. Et ideo dicendum est, quod omnia ista facta sunt miraculose per virtutem divinam. Unde Augustinus dicit super Joann. (tract. cxxv. inter med. & fin.) *Moti corporis, ubi Divinitas erat, gloria clausa non obstitit: ille quippe non eis aperitis intrare potuit, qui nascens virginitas matris involata permansit.* Et Dionysius dicit in quadam epist. (111. ad Cajum circ. med.) quod *Christus super hominem operabatur ea que sunt bonini: & hoc monstrat virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis terrenorum pedum sustinens gravitatem.*

ARTICULUS III. 160

Utrum Mater Dei permanferit virgo post partum.

Opusc. 11. cap. cxxv.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Mater Christi non permanferit Virgo post partum. Dicitur enim Matth. 1. 18. *Antequam convenirent Joseph, & Maria, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.* Non autem Evangelista diceret, antequam convenirent, nisi deventurisset: quia nemo dicit de non partu, antequam pranderet. Ergo videtur quod beata Virgo quandoque conveniret carnali copula cum Joseph; & ita non permanferit virgo post partum.

2. Præterea, Ibidem subditur ex verbis Angeli loquentis ad Joseph: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Conjugium autem

consummatur per carnalem copulam. Ergo videtur quod quandoque carnalis copula interveniret inter Mariam, & Joseph; & ita videtur quod non permanferit virgo post partum.

3. Præterea, Ibidem subditur: *Et accepit conjugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum.* Hoc autem adverbium donec consuevit determinatum tempus signare, quo impleto fiat id quod usque ad illud tempus non fiebat: verbum autem cognoscendi ibi ad coitum refertur, sicut & Genes. iv. 1. dicitur, quod *Adam cognovit uxorem suam.* Ergo videtur quod post partum beata Virgo fuerit carnaliter a Joseph cognita. Ergo videtur quod non permanferit virgo post partum.

4. Præterea, Primogenitus non potest dici nisi qui habeat fratres subsecuentes: unde & Rom. viii. 29. dicitur: *Quos præcavit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Sed Evangelista nominat Christum primogenitum matris ejus. Ergo habuit alios filios post Christum; & ita videtur quod Mater Christi non manserit Virgo post partum.

5. Præterea, Joann. 11. 12. dicitur: *Post hæc descendit Capharnaum ipse, scilicet Christus, & mater ejus, & fratres ejus.* Sed fratres dicuntur qui ex eodem patente geniti sunt. Ergo videtur quod beata Virgo haberet alios filios post Christum.

6. Præterea, Matth. xxvii. 55. dicitur: *Erant ibi, scilicet juxta Crucem Christi, mulieres multe à longo, que secutæ erant Jesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Joseph mater, & mater filiorum Zebedæi.* Videtur autem hæc Maria quæ hic dicitur Jacobi, & Joseph mater, esse etiam Mater Christi: dicitur enim Joann. xix. 25. *Quod stabat juxta Crucem Jesu Maria mater ejus.* Ergo videtur quod Mater Christi non permanferit virgo post partum.

Sed contra est quod dicitur Ezech. xliv. 2. *Fortis hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est, per eam: quod exponens Augustinus (alius Auctor) in quodam sermone dicit: *Quid est porta in domo Domini clausa, nisi quod Maria semper erit intacta? Et quid est, Homo non transibit per eam, nisi quod Joseph non cognoscebat eam? Et quid est, Dominus solus intrat, & egreditur per eam, nisi quod Spiritus Sanctus impregnabit eam, & Angelorum Dominus nascetur per eam? Et quid est, Clausa erit in æternum, nisi quod Maria virgo est ante partum, & virgo in partu, & virgo post partum?**

Respondetur dicendum, quod absque omni dubio detestandus est error Helvidii, qui dicebat præsumptè, Matrem Christi post partum à Jo-

Joseph esse carnaliter cognitam, & alios filios genuisse. Hoc enim primo derogat Christi perfectioni: qui sicut secundum divinam naturam unigenitus est Patris, tanquam perfectus per omnia filius ejus; ita decuit ut esset unigenitus matris, tanquam perfectissimum germin ejus. Secundo hic error injuriam facit Spiritui Sancto, cujus sacramentum fuit uterus virginalis, in quo carnem Christi formavit. Unde non decebat quod de cætero violaretur per commixtionem virilem. Tertio derogat dignitati, & sanctitati Matris Dei, quæ ingratissima videretur, si tanto Filio contenta non esset, & si virginitatem, quæ in ea miraculose conservata fuerat, sponte perdere vellet per carnis concubitum. Quarto etiam ipsi Joseph esset ad maximam præsumptionem imputandum, si eam quam revelante Angelo de Spiritu Sancto Deum concepisse cognoverat, polluere attentaret. Et ideo simpliciter est asserendum, quod Mater Dei sicut virgo concepit, & virgo peperit, ita etiam & virgo post partum in sempiternum permansit.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Hieronymus dicit in Lib. contra Helvidium (cap. 11. ad fin.) intelligendum est quod hæc præpositio ante sicut sepe consequentia indicat, tamen nonnunquam ea tantum que prius cogitantur, ostendit. Nec necesse est ut cogitata sint, cum ideo aliud interveniret ne ea que cogitata sunt, fierent: sicut si aliquis dicat, *Antequam in portu pranderem, navigavi, non intelligitur quod in portu pranderet, postquam navigavit, sed quia cogitabatur in portu pranderetur.* Et similiter Evangelista dicit, *Antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto, non quia postea convenirent, sed quia dum viderentur convenirent, prævenit conceptio per Spiritum Sanctum; ex quo factum est ut ulterius non convenirent.*

Ad secundum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Lib. I. de nuptiis & concupiscentia (cap. 21. à princ.) *conjuges Joseph vocabat mater Dei ex prima dispensationis fide, quam per concubitum non cognoverat, nec super cognovitur.* Ut enim Ambrosius dicit super Lucam (cap. 1. super illud, *Et nomen virginis Mariae, non virginitatis crepito, sed conjugii significatio, nuptiarum celebratio declaratur.*)

Ad tertium dicendum, quod quidam dixerunt, hoc non esse intelligendum de cognatione.

Et. Th. Op. Tom. V. ad ista verba. Job ob mirandis auditis. (a) Ita cum quibusdam mss. veteres edit. Cod. Aegm. specialior Edit. Patav. cum Nicolaj spe- (b) Ita mss. veteres edit. pat. im. Alii tamdiu sacerdotibus secundum legem primogenita non debentur, item deberentur) quamdiu alia non fuerint procreata: que lectio à Garcia inducta, à posterioribus passim est admissa. (c) Ita mss. veteres edit. communiore, Cod. Tarraç. intra annum, & mensem. Cant. infra annum (lege unam) mensem. Al. infra annum & mensem. Nicolajus post mensem. Pide Num. xviii. 16.

tionem coitus, sed de cognitione notitia. Dicit enim Chrysostomus (alius Auctor. hom. 1. in opet. imperf. ad fin.) quod *non cognovit eam Joseph, antequam pareret, cuius fuerit dignitatis, sed postquam peperit, tum cognovit eam: quia per ipsum prolem (a) fratris, & dignior facta fuerat quam totus mundus, quia quem quis mundum capere non poterat, in angulo cubiculo interi sui sola suscepit.* Quidam vero hoc referunt ad notitiam vultus. Sicut enim Moysi cum Deo colloquente gloriata est facies, ut non posset intendere in eum filii Israel; sic Maria claritate virtutis Altissimi obumbrata cognosci non poterat à Joseph, donec pareret; post partum autem à Joseph agnita invenitur specie faciei, non tactu libidinis. Hieronymus autem (Lib. advers. Helvid. cap. 111. parum à princ.) concedit, hoc esse intelligendum de cognitione coitus; sed dicit, quod *usque, vel donec* in Scripturis, dupliciter potest intelligi. Quandoque enim designat certum tempus, secundum illud Galat. 111. 19. *Propter transgressionem lex posita est, donec veniret semen cui promissum.* Quandoque vero signat infinitum tempus, secundum illud Psalm. cxxiii. 2. *Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri:* ex quo non est intelligendum quod post impetratam misericordiam oculi avertantur à Deo. Et secundum hunc modum loquendi significantur ea de quibus posset dubitari, si scripta non fuissent; cætera vero nostra intelligentia derelinquuntur. Et secundum hoc Evangelista dicit, Matrem Dei non esse cognitam à virgo ulque ad partum, ut multo magis intelligamus cognitam non fuisse post partum.

Ad quartum dicendum, quod mos divinarum Scripturarum est ut primogenitum vocent non solum eum quem fratres sequuntur, sed etiam qui primus natus sit: alioquin si non est primogenitus, nisi quem sequuntur fratres, (b) tamdiu secundum legem primogenita non debentur, quamdiu & alia fuerint procreata: quod patet esse fallum, cum (c) intra unum mensem primogenita redimi mandentur secundum legem.

Ad quintum dicendum, quod quidam sicut Hieronymus dicit super Matth. cap. xii. super illud, *Eccæ mater ejus fratres Domini de alio uxore Joseph filios suscipiunt.* Non autem fratres Domini, non filii Joseph, sed consobrinos Salvatoris Domini.

eadem mater dicit: *Ecce pater tuus, & ego de
lente quærabamus te.* Ergo Christus non est con-
ceptus ex virgine matre.

2. Præterea. Matth. 1. probatur quod
Christus fuerit filius Abrahamæ & David, per
hoc quod Joseph ex David descendit: quæ
quidem probatio nulla esset, si Joseph pater
Christi non fuisset. Ergo videtur quod mater
Christi eum ex semine Joseph conceperit: & ita
non videtur fuisse virgo in concipiendo.

3. Præterea. Galat. 1v. 4. dicitur: *Miseri
Deus filium suum factum ex muliere.* Mulier autem
consecuto modo loquendi dicitur quæ est
viro cognita. Ergo Christus non fuit conceptus
ex virgine matre.

4. Præterea. Eorum quæ sunt ejusdem
speciei, est idem modus generationis: quia
generatio recipit speciem à termino, si-
cut & ceteri motus. Sed Christus fuit
ejusdem speciei cum aliis hominibus, secun-
dum illud Philip. 11. 7. *In similitudinem
hominum factus, & habitum inveniit ut ho-
mo.* Cum ergo alii homines generentur ex
commixtione maris, & femine, videtur
quod etiam Christus simili modo fuerit gene-
ratus: & ita non videtur fuisse conceptus ex
virgine matre.

5. Præterea. Quælibet forma naturalis ha-
bet materiam sibi determinatam, extra quam
esse non potest. Materia autem formæ huma-
næ videtur esse semen maris, & femine. Si ergo
corpus Christi non fuerit conceptum ex
semine maris, & femine, non vere fuit cor-
pus humanum: quod est inconveniens. Vide-
tur igitur non fuisse conceptus ex virgine ma-
tre.

Sed contra est quod dicitur *Isaiæ vii. 14.
Ecce virgo concipiet.*

Respondeo dicendum, quod simpliciter
confitendum est, matrem Christi virginem
concepisse. Contractum enim pertinet ad here-
sim Ebionitarum, & Cerinthi, qui Christum
purum hominum arbitrabantur, & de utroque
sexu eum natum putaverunt.

Quod enim Christus sit conceptus ex vir-
gine, conveniens est propter quatuor. Primo
propter mittentis Patris dignitatem conservan-
dam. Cum enim Christus sit verus, & natu-
ralis Dei Filius, non fuit conveniens quod
alium patrem haberet quam Deum; ne dignitas
Dei Patris transferretur ad alium. Secundo
hoc fuit conveniens proprietati ipsius Filii
qui mittitur, qui quidem est Verbum Dei. Ver-
bum autem abque omni corruptione cordis
concipitur; quoniam cordis corruptio perfecti
verbi conceptionem non patitur. Quia ergo
caro sic fuit à Verbo Dei assumpta, ut esset
caro Verbi Dei, conveniens fuit quod etiam
ipsa sine corruptione matris conceperetur. Ter-
tio hoc fuit conveniens dignitati humanitatis

Christi, in qua locum peccatum habere non
debit, per quam peccatum mundi tolleretur,
secundum illud Joan. 1. 29. *Ecce agnus Dei,*
scilicet innocens, qui tollit peccatum mundi.
Non poterat autem esse quod in natura jam
corrupta ex concubitu caro nasceretur sine in-
fectione originalis peccati. Unde Augustinus
dicit in Lib. I. de nuptiis, & concupiscentia
(cap. xii. in princ.) *Solus nuptialis concubitus
ibi non fuit, scilicet in matrimonio Mariæ, &
Joseph: quia in carne peccati fieri non poterat sine
illa carnis pudenda concupiscentia, quæ accidit ex
peccato, sine qua concipi voluit, qui futurus erat
sine peccato.* Quarto propter ipsam finem in-
carnationis Christi, quæ ad hoc fuit ut homi-
nes renascerentur in filios Dei, non ex volun-
tate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo,
id est ex ipsa Dei virtute: cujus rei exemplar
apparere debuit in ipsa conceptione Christi.
Unde Augustinus dicit in Libro de sancta vir-
ginitate (cap. vi. ante med.) *Operaretur caput
nostrum insigni miraculo secundum carnem nasci
de virgine, quo significaret membra sua de vir-
gine Ecclesia secundum spiritum nascitura.*

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut
Beda dicit super Lucam (Lib. I. cap. vii. in-
ter med. & fin.) *pater Salvatoris appellatur Jo-
seph, non quod vere juxta Photinianos pater fue-
rit ei, sed quod ad sanam Mariæ conservandam
pater sit ab omnibus estimatus.* Unde & Luc.
111. 23. dicitur: *Ut putabatur filius Joseph.*
Vel, sicut Augustinus dicit in Lib. II. de con-
sensu Evangelistarum (cap. 1.) *eo modo pater
Christi dicitur Joseph, quo & vir Mariæ intelli-
gitur sine commixtione carnis, ipsa copulatione conjun-
gii, multo videlicet conjunctius quam si esset aliunde
adoptatus. Neque enim propter hoc non erat ap-
pellandus Joseph pater Christi, quia non eum ge-
nerat concubendo: quandoquidem pater esset
etiam ei quem non ex sua conjugis procreatum
aliunde adoptasset.*

Ad secundum dicendum, quod, sicut Hiero-
nymus dicit super Matth. (cap. i. sup. illud,
Christi generatio sic erat) cum Joseph non sit pater
Domini salvatoris, ordo generationis ejus usque ad
Joseph deducitur. Primo quidem, quia non est
consuetudinis Scripturarum ut mulierem in genera-
tionibus ordo textatur. Deinde ex una tribu fuit
Joseph, & Maria: undè & ex lege eam accipere
cogebatur ut propinquam. Et, ut Augustinus di-
cit in Lib. I. de nuptiis, & concupiscentia (cap.
xi. ad fin.) *fuit generationum series usque ad
Joseph perducenda; ne illo conjugio viri & uxoris uti-
que postori fieri injuria, cum veritati nihil de-
periret, quia ex semine David & Joseph erat, &
Maria.*

Ad tertium dicendum, quod, sicut Gloss.
(ord. Augusti. Lib. XXIII. cont. Faust. cap.
vii.) dicit ibidem, *mulierem pro femina pro-
fuit, more locutionis Hebræorum: unde etiam He-
bræa*

bræa locutioni mulieres dicit non virginitate cor-
ruptas, sed feminas.

Ad quartum dicendum, quod ratio illa ha-
bet locum in his quæ procedunt in esse per
viam nature, eo quod natura sicut est determi-
nata ad unum effectum, ita etiam est determi-
nata ad unum modum producendi illum;
sed virtus supernaturalis divina, cum sit infini-
ta, sicut non est determinata ad unum effec-
tum, ita non est determinata ad modum pro-
ducendi quencumque effectum. Et ideo sicut
virtute divina fieri potuit ut primus homo de
limo terræ formaretur; ita etiam fieri potuit
ut divina virtute Corpus Christi formaretur de
virgine abque virili semine.

Ad quintum dicendum, quod secundum
Philosophum in lib. I. de Gener. animal. (cap.
11. xix. & xx. vers. fin.) semen maris non
est sicut materia in conceptione animalis, sed
solum sicut agens; solæ autem femina matre-
riam subministrat conceptui. Unde per hoc
quod semen maris deficit in conceptione Cor-
poris Christi, non sequitur quod defuerit ei de-
bita materia. Si tamen semen maris esset ma-
teria factus conceptus in animalibus, manifestum
est quod non esset materia permanens in eadem
forma, sed materia transmutata. Et quamvis
virtus naturalis non possit transmutare ad cer-
tam formam nisi determinatam materiam; vir-
tus tamen divina, quæ est infinita, potest
transmutare omnem materiam in quancum-
que formam. Unde sicut transmutavit limum
terre in corpus Adæ; ita in Corpus Christi
transmutare potuit materiam à matre intelli-
gitam, etiam si non esset sufficiens materia ad na-
turalem conceptum.

ARTICULUS II.

Utrum Mater Dei fuerit virgo in partu.

Opus. 11. cap. cxxv.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod
Mater Christi non fuerit virgo in partu.
Dicit enim Ambrosius super Luc. (cap. 1. su-
per illud, *Omne masculinum*) *Qui volens sanc-
tificavit alienam, ut nasceretur Propetia, hic est
qui operis in matris suo voluam, ut immaculatus
exiret.* Sed apertio valve virginitatem excludit.
Ergo Mater Christi non fuit virgo in partu.

2. Præterea. Nihil in mysterio Christi esse
debit per quod corpus ejus phantasticum appa-
reret. Sed hoc non videtur vero corpori, sed
phantastico convenire, ut possit per clausam
transire, eo quod duo corpora simul esse non
possunt. Non igitur debuit ex matris utero
clauso Corpus Christi prodire. Et ita non de-
cuit quod esset virgo in partu.
S. Thom. Op. Tom. V.

3. Præterea. Sicut Gregorius dicit in ho-
mil. octavarum Pasche (xxvi. in Evang. à
princ.) per hoc quod janus clausus ad disci-
pulos post resurrectionem intravit Dominus,
*stendi corpus suum esse ejusdem nature, & alte-
rius gloriæ; & sic per clausam transire videtur
ad gloriam corporis pertinere.* Sed Corpus
Christi in sua conceptione non fuit gloriosum,
sed passibile, habens similitudinem carnis pecca-
ti, ut Apostolus dicit ad Rom. viii. Non
ergo exivit per Virginis uterum clausum.

Sed contra est quod in quodam sermone
Ephesini Concilii (qui est Theodori Ancyr. in
in princ. & hab. in eo Con. part. 111. cap.
18.) dicitur: *Natura post partum nescit ulte-
rius Virginitatem; gratia vero, & parentem ostendit,
& matrem fecit, & virginitati non nocuit.*
Fuit ergo Mater Christi virgo in partu.

Respondeo dicendum, quod abque omni
dubio asserendum est, Matrem Christi
etiam in partu virginem fuisse: nam Prophe-
ta non solum dicit, *Ecce virgo concipiet;*
sed etiam addit: *Et pariet filium.* (Isai. vii.
14.)

Et hoc quidem conveniens fuit propter
tria. Primo quidem quia hoc competebat
proprietas ejus qui nascebatur, qui est Ver-
bum Dei. Nam verbum non solum in corde
abque corruptione concipitur, sed etiam
abque corruptione ex corde procedit. Unde
ut ostenderetur quod illud esset corpus ipsius
Verbi Dei, conveniens fuit ut de incorrupto
virginis utero nasceretur. Unde in sermo-
ne quodam Ephesini Concilii (loc. cit.) legi-
tur: *Que parit carnem puram, à virginitate
cessat. Sed quia natum est in carne Verbum Dei,
custodit virginitatem, seipsum per hoc ostendens
Verbum. Neque enim nostrum verbum, cum pari-
tur, corrumpit mentem; neque Deus Verbum
substantiale, partem eligens, permisit virginitatem.* Secundo hoc est conveniens quantum
ad effectum Incarnationis Christi. Nam ad hoc
venit ut nostram corruptionem tolleret: unde
non fuit conveniens ut virginitatem matris
nascendo corrumpere. Unde Augustinus
(vel alius Auditor) dicit in quodam serm. de
Nativitate Domini: *Fas non erat ut per ejus
advantum violaretur integritas, qui venerat san-
ctæ corrupta.* Tertio fuit conveniens ne matris
honorem nascendo diminueret qui parentes
præceperat honorandos.

Ad primum ergo dicendum, quod Am-
brosius dicit hoc, exponens illud quod Evan-
gelista (Luc. 11.) de lege induxit: *Omne
masculinum adspiciens vulvam sanctum Dominus
vocabitur.* Quod quidem, ut Beda dicit
(cap. viii. in Luc.), consuevit nativitate mo-
re loquitur, non quod Dominus sacri ven-
tris hospitium, quod ingressus sanctifi-
cavit.

Potest etiam & quinta ratio esse, quod Mater Domini fuit desponsata, & virgo, quia in persona ipsius & virginitas, & matrimonium honoratur contra hereticos alteri horum detrachentes.

Ad primum ergo dicendum, quod B. Virgo Mater Dei ex familiaris instinctu Spiritus Sancti credenda est desponsari voluisse, confidens de divino auxilio, quod nunquam ad carnalem copulam perveniret; hoc tamen divino commisit arbitrio: unde in nullo detrimentum passa est virginitas.

Ad secundum dicendum, quod, sicut Ambrosius dicit super Lucam (loc. cit. in prin. cor.) *Misit Dominus aliquem de sui ortu quem de matris pudore dubitare. Sciebat enim, certam esse virginis reverentiam, & libricam famam pudoris, nec putavit ortus sui filium matris injuriis abs-traendam.* Scendum tamen, quod miraculorum Dei quedam sunt de quibus est fides, sicut miraculum virginis partus, & resurrectionis Domini, & etiam Sacramenti altaris; & ideo Dominus voluit ista occultiora esse, ut fides eorum magis meritoria esset: quædam vero miracula sunt ad fidei comprobationem; & ista debent esse manifesta.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in III. de Trinit. (implic. cap. vi. & viii.) diabolus multa potest virtute suæ naturæ; à quibus tanta potest virtute divina. Et hoc modo potest dici, quod virtute naturæ suæ diabolus cognoscere poterat, matrem Dei non fuisse corruptam, sed virginem; prohibebatur tamen à Deo cognoscere modum partus divini. Quod autem postmodum eum aliquater cognovit diabolus esse Filium Dei, non obstat: quia jam tempus erat ut Christus suam virtutem contra diabolum ostenderet, & perfectionem ab eo concitata pateretur. Sed in infantia oportebat impediri malitiam diaboli, ne eum acius persequeretur, quando Christus nec pati disposuerat, nec virtutem suam ostendere; sed in omnibus aliis infantibus se similem exhibebat. Unde Leo Papa in ferm. de Epiph. (iv. cap. ut in ad fin.) dicit, quod *Magi viderunt, & adoraverunt puerum Jesum quantumtate parvum, aliisque opibus infantem, favei impotentem, & in nulla ab humana infanti generari dicitur. Ambrosius tamen super Lucam (loc. cit. in prin. cor.) videtur hoc magis referre ad membra diaboli. Premisit enim hæc ratione, scilicet de fallendo principem mundi, subdit: *Sed tamen magis seculis principum seculi, dæmonum enim malitia, scilicet etiam occultis deprehendit, at vero qui secularibus vultibus occupantur, scire divina non possunt.**

Ad quartum dicendum, quod iudicio adulterarum lapidatur secundum legem non solum illa quæ jam erat desponsata, vel nup-

ta, sed etiam illa quæ in domo patris custodiebatur ut virgo quandoque nuptura. Unde dicitur Deutor. xxi. 1. *Si non sit in puella inventa virginitas, lapidibus obruetur cum vir civitatis illius, & morietur: quia fecit nefas in Israel, ut fornicaretur in domo patris sui.*

Vel potest dici secundum quosdam, quod B. Virgo erat de stirpe Aaron, unde erat cognata Elisabeth, ut dicitur Luc. 1. Virgo autem de genere sacerdotali propter stuprum occidebatur. Legitur enim Levit. 21. 9. *Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro, & violaverit nomen patris sui, flammis exuretur.* Quidam referunt verbum Hieronymi ad lapidationem infamie.

ARTICULUS II. 163

Utrum inter Mariam & Joseph fuerit verum matrimonium.

IV. dist. xxx. quæst. 11. art. 2. & opusc. LX. cap. 1. & Matth. 1.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod inter Mariam & Joseph non fuit verum matrimonium. Dicit enim Hieronymus contra Helvidium (cap. 11. ante med.) quod Joseph Mariæ custos fuit potius quam maritus ejus. Sed si fuisset verum matrimonium, vere Joseph maritus ejus fuisset. Ergo videtur quod non fuerit verum matrimonium inter Mariam, & Joseph.

2. Præterea. Super illud Matth. 1. *Jacob genuit Joseph virum Mariæ*, dicit Hieronymus: *Cum virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum; sed recordare consuetudini Scripturarum, quod sponsi viri, & sponsæ uxores vocantur.* Sed verum matrimonium non efficitur ex sponsalibus, sed ex nuptiis. Ergo non fuit verum matrimonium inter B. Virginem, & Joseph.

3. Præterea. Matth. 1. 19. dicitur: *Joseph vir ejus, cum esset justus, & noluisset eam irascere, scilicet, in domum suam ad cohabitandum, nem assiduum, voluit eam occulte dimittere, id est, tempus nuptiarum mutare, ut Remigius exponit. (Hab. in Car. aur. D. Thom.)* Ergo videtur quod nondum nuptiis celebratis, nondum esset verum matrimonium: præsertim cum post matrimonium contractum non liceat alicui sponsam dimittere.

Sed contra est quod Augustinus dicit in lib. II. de consensu Evangelistarum (cap. 1. ante med.) *Non erat fas ut Joseph ob hoc à conjugio Mariæ separandum Evangelistæ putarent, quod non ex ejus concubitu, sed virgo peperit Christum. Hoc enim exemplo magnifice insinuat fidelibus conjugatis, etiam separata pari consensu continentia, posse permanere, vocarique conjugium, non permixto corpore secundo.*

Ref.

Respondeo dicendum, quod matrimonium, sive conjugium dicitur verum ex hoc quod suam perfectionem attingit. Duplex est autem rei perfectio prima, & secunda. Prima quidem rei perfectio consistit in ipsa forma, ex qua speciem sortitur. Secunda vero perfectio consistit in operatione rei, per quam res aliquid suum finem attingit. Forma autem matrimonii consistit in quadam indivisibili conjunctione animorum, per quam unus conjugum indivisibiliter alteri fidem servare tenetur. Finis autem matrimonii est proles generanda, & educanda: ad quorum primum pervenitur (a) per concubitus conjugalem; ad secundum per alia opera viri, & uxoris, quibus sibi invicem obsequuntur ad prolem nutriendam.

Sic igitur dicendum est quod quantum ad primam perfectionem, omnino verum fuit matrimonium Virginis Matris Dei, & Josephi: quia uterque consentit in copulam conjugalem; non autem expresse in copulam carnalem, nisi sub conditione, si Deo placeret. Unde & Angelus vocat Mariam conjugem Josephi, dicens ad Joseph Matth. 1. 20. *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod exponens Augustinus in lib. I. de Nuptiis, & concupisc. (cap. 11. à princ.) dicit: „Conjug vocatur, bitu nec cognoverat, nec fuerat cognitus, rus. “* Quantum vero ad secundam perfectionem, quæ est per actum matrimonii, si hoc referatur ad carnalem concubitus, per quem proles generatur, non fuit illud matrimonium consummatum. Unde Ambrosius dicit super Lucam (cap. 1. super illud in mense sexto) *Non te moveat quod frequenter Mariam Scriptura vocat conjugem: non enim virginis creptio, sed conjugii significatio, nuptiarum celebratio declaratur.*

Habit tamen illud matrimonium etiam secundam perfectionem quantum ad prois educationem. Unde Augustinus dicit in lib. I. de Nuptiis, & concupisc. (cap. 11. in fin.) *Omne nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, sacramentum. Prolem cognovimus ipsum Dominum Jesum; fidem, quia nullum adulterium; sacramentum, quia nullum divorcium: solus ibi nuptialis concubitus non fuit.*

Ad primum ergo dicendum, quod Hieronymus accipit ibi maritum ab actu matrimonii consummati.

Ad secundum dicendum, quod nuptias Hieronymus vocat nuptialem concubitus.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Chrylasmus (aliis Auctor) dicit super Matth. (hom. 1. in op. impert. sub fin.) *Beata Vir-*

(a) Ita in scripturis & antiqui editi libri, quæ concinunt edit. Patav. Garcia, Theologi, Nicolaus per consensum.

go sic fuit desponsata Joseph, quod etiam esset domi habitata. Nam sicut in ea que in domo viri concipit, intelligitur conceptio maritalis, sic in ea que extra domum concipit, est suspecta conjunctio. Et ita non esset sufficienter provilum fame B. Virginis per hoc quod fuit desponsata, nisi etiam fuisset domi habitata. Unde quod dicitur: *Et nollet eam traducere, melius intelligitur, id est nollet eam diffamare in publicum, quam quod intelligatur de traducione in domum. Unde & Evangelista subdit, quod: *voluit occulte dimittere eam.* Quamvis tamen esset domi habitata, propter primam desponsationis fidem, nondum tamen intervenerat solemnis celebratio nuptiarum; propter quod etiam nondum carnaliter convenerat. Unde, sicut Chrylasmus dicit (hom. 1. in Matth. aliquant. à princ.) *non dicit Evangelista, antequam ducetur in domum sponsi, etiam intus jam erat. Consumtudo enim fuit veteribus, multoties in domo desponsatas habere.* Et ideo etiam Angelus dicit, Joseph: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, id est non timeas nuptias: ejus solemniter celebrare.* Licet alii dicant, quod nondum erat in domum inducta, sed solum desponsata. Primum tamen magis consonat Evangelio.*

QUÆSTIO XXX. 164

De B. Mariæ Virginis Annuntiatione, quæ in quatuor articulis dividitur.

Deinde considerandum est de Annuntiatione B. Virginis: & circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, utrum conveniens fuerit ei annuntiarum quod in ea generandum erat.

Secundo, per quem erat ei hoc annuntium.

Tertio, per quem modum ei annuntiarum debebat.

Quarto, de ordine annuntiationis.

ARTICULUS I. 164

Utrum necessarium fuerit annuntiarum B. Virgini quod in ea erat generandum.

III. dist. 111. quæst. 111. art. 1. quæst. 14.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non fuerit necessarium B. Virgini annuntiarum quod in ea fiendum erat. Annuntiationem enim ad hoc solum necessaria esse videbatur ut Virginis consensus haberetur. Sed consensus ejus non videtur necessarius fuisse: quia con-

ceptio

ceptus Virginis prænantia fuit propheta prædeterminationis, quæ sine nostro completur arbitrio, ut dicit quædam Glossa Matth. 1. (ord. sup. illud: *Ut adimpletur quod dictum est, &c.*) Non ergo necessarium fuit quod talis annuntiatio fieret.

2. Præterea. B. Virgo Incarnationis fidem habebat; sine qua nullus esse poterat in statu salutis; quia, ut dicitur Rom. 1. 11. 22. *Justitia Dei per fidem Jesu Christi in omnes.* Sed de eo quod aliquis per certitudinem cecidit, non indiget ulterius instrui. Ergo B. Virgini non fuit necessarium ut ei Incarnatio Filii Dei annuntiaretur.

3. Præterea. Sicut B. Virgo corporaliter Christum concepit, ita & qualibet sancta anima concipit ipsum spiritaliter: unde Apollolus dicit Gal. 1. 9. *Filiali mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Sed illis qui spiritaliter debent Christum concipere, talis conceptio non annuntiatur. Ergo nec B. Virgini fuit annuntiandum quod esset in utero conceptura Filium Dei.

Sed contra est quod habetur Luc. 1. 31. quod Angelus dixit ei: *Ecce concipies in utero, & paries filium.*

Respondeo dicendum, quod congruum fuit B. Virgini annuntiari, quod esset Christum conceptura. Primo quidem ut servaretur congruus ordo conjunctionis Filii Dei ad Virginem, ut scilicet prius mens ejus de ipso instrueretur quam carne eum conciperet. Unde Augustinus dicit in lib. de Virginitate (cap. 114) *Beata est Maria percipiendo fidem Christi quam concipiendo carnem Christi: & postea subdit: Materna propinquitatis nihil Mariæ profuisset, nisi feliciter Christum corde quam carne gestasset.* Secundo ut posset esse certior, testis hujus sacramenti, quando super hoc divinitus erat instructa. Tertio ut voluntaria sui obsequii munera Deo offerret: ad quod se promptam obtulit dicens: *Ecce ancilla Domini.* Quarto ut ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter Filium Dei, & humanam naturam. Et ideo per annuntiationem expectabatur consensus Virginis loco totius humane nature.

Ad primum ergo dicendum, quod propheta prædeterminationis completur sine nostro arbitrio causante, non tamen sine nostro arbitrio consentiente.

Ad secundum dicendum, quod B. Virgo expressam fidem habebat Incarnationis future, sed cum esset humilis, non tam alta de se sapiebat: & ideo super hoc erat instruenda.

Ad tertium dicendum, quod spirituales conceptionem Christi, quæ est per fidem, præcedit annuntiatio, quæ est per fidei prædicationem, secundum quod *scilicet est auditu, ut dicitur Rom. x. 17.* Nec tamen propter

hoc aliquis pro certo scit se gratiam habere, sed scit veram fidem esse quam accepit.

ARTICULUS II. 165

Utrum Annuntiatio B. Virgini fieri debuerit per Angelum.

III. dist. 111. quæst. 111. art. 2. quæst. 1. & 2.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod B. Virgini non debuerit Annuntiatio fieri per Angelum. Supremis enim Angelis sic revelatio immediate à Deo, ut Dionysius dicit 11. cap. Cælest. Hierar. (parum à med.) Sed Mater Dei est super omnes Angelos exaltata. Ergo videtur quod immediate à Deo debuerit sibi annuntiari Incarnationis Mysterium, & non per Angelum.

2. Præterea. Si in hoc oportebat servari communem ordinem, secundum quem divina hominibus per Angelos revelantur, similiter divina ad mulierem per virum deferuntur: unde & Apostolus dicit I. Corith. xiv. 34. *Mulieres in Ecclesiis taceant: si quid autem volent dicere, domi viros suos interrogent.* Ergo videtur quod B. Virgini debuerit annuntiari Mysterium Incarnationis per aliquem virum, præsertim quia Joseph vir ejus super hoc fuit ab Angelo instructus, ut legitur Matth. 1.

3. Præterea. Nullus potest congrue annuntiare quod ignorat. Sed etiam supremi Angeli non plene cognoverunt Incarnationis Mysterium: unde dicit Dionysius 11. Cælest. Hierar. (a med.) ex eorum persona esse intelligendam questionem quæ ponitur lxxiii. 1. *Quis est iste qui venit de Edom?* Ergo videtur quod per nullum Angelum potuit conveniret annuntiatio Incarnationis fieri.

4. Præterea. Majora sunt per majores nuntios annuntianda. Sed Mysterium Incarnationis est maximum inter omnia quæ per Angelos sunt hominibus annuntiata. Ergo videtur quod si per aliquem Angelum debuit annuntiari, ille debuerit esse de supremo ordine. Sed Gabriel non est de supremo ordine, cum sit de ordine Archangelorum, qui est penultimus: unde Ecclesia cantat: *Gabrielem Archangelum scimus divinitus te esse assumum.* Non ergo hujusmodi annuntiatio per Gabrielem Archangelum, conveniret facta est.

Sed contra est quod dicitur Luc. 1. 26. *Missus est Gabriel Angelus à Deo, &c.*

Respondeo dicendum, quod conveniens fuit Matri Dei annuntiari per Angelum divine Incarnationis Mysterium, propter tria. Primo quidem ut in hoc etiam servaretur divina ordinatio, secundum quam mediatis Angelis divina ad homines perveniunt: unde Dionysius

fius dicit 11. cap. Cælest. Hierar. (à med.) quod divinum Jesu benedictatis Mysterium Angeli primo edocli sunt; postea per ipsos ad nos cognitionis gratia transfuit. Sic ergo divinisissimus Gabriel Zachariam quidem docuit, Prophetam Joannem ex ipso nasciturum; et Mariam autem, quomodo in ipsis fieret theocraticum ineffabile Dei formationis Mysterium. Secundo hoc fuit conveniens reparationi humane, quæ futura erat per Christum: unde Beda dicit in homil. (in festo Annunt. in princ. & est inter hiemales de SS.) *Actum humane restorationis principium ut Angelus à Deo mitteretur ad Virginem partu consecrandam fuit causa, cum serpens à diabolo mitteretur ad mulierem spiritu superbie decipiendam.* Tertio quia hoc congruebat virginitati matris Dei: unde Hieronymus (alius Auctor) dicit in serm. Assumptionis (inter princ. & med.) *Bene Angelus ad Virginem mittitur: quia semper est Angelus cognata virginitas. Profecto in carne præter carnem vivere, non terrena vita est, sed celestis.*

Ad primum ergo dicendum, quod mater Dei superior erat Angelis quantum ad dignitatem, ad quam divinitus eligebatur; sed quantum ad statum presentis vite, inferior erat Angelis: quia & ipse Christus ratione passibilis vite modico ab Angelis minoratus est; ut dicitur Hebr. 11. 9. Sed tamen quia Christus simul fuit viator, & comprehensor, quantum ad cognitionem divinorum non indigebat ab Angelis instrui. Sed Mater Dei nondum erat in statu comprehensorum: & ideo de divino conceptu per Angelos instruenda erat.

Ad secundum dicendum, quod, sicut Augustinus (alius Auctor) dicit in serm. de Assumptione (cap. 114) *Virgo Maria vera assumptione à quibusdam generalibus excipitur: quia nec conceptus multiplicavit, nec sub viro, id est marito, potestate fuit, quæ integerrimis visceribus de Spiritu Sancto Christum suscepit.* Et ideo non debuit mediante viro instrui de mysterio incarnationis, sed mediante Angelo. Propter quod etiam ipsa est prius instructa quam Joseph: nam ipsa instructa est ante conceptum, Joseph autem post ejus conceptum.

Ad tertium dicendum, quod, sicut patet ex auctoritate Dionysii inducta (in corp. art.) Angeli incarnationis Mysterium cognoverunt; sed tamen interrogabant, perfectius scire cupientes à Christo hujus mysterii rationes, quæ sunt incomprehensibiles omni creato intellectui. Unde Maximus (Martyr) dicit: *Quod Angeli, novissent futuram incarnationem, ambigere non oportet. Latuit autem eos investigabilis Domini conceptio, atque modus, qualiter totus in genitore, totus manebat in omnibus, nec non & in virginea cellula.*

Ad quartum dicendum, quod quidam dicunt, Gabrielem fuisse de supremo ordine Angelorum.

propter quod Gregorius dicit (hom. xxxiv. in Evang. circ. med.) *Summum Angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat.* Sed ex hoc non habetur quod fuerit summus inter omnes ordines, sed respectu Angelorum: fuit enim de ordine Archangelorum: unde & ecclesia cum Archangelum nominat: & Gregorius ipse dicit in homil. de centum ovibus (loc cit.) quod *Archangelus dicitur qui summus annuntians.* Satis est ergo credibile quod sit summus in ordine Angelorum. Et, sicut Gregorius dicit (ibid.) hoc nomen officio suo congruit. Gabriel enim *Dei fortitudo nominatur.* Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat qui virtutum Dominus, & potens in prælio ad debellandas potestates aëris veniebat.

ARTICULUS III. 166

Utrum Angelus annuntians debuerit B. Virgini visione corporali apparere.

III. dist. 111. quæst. 111. art. 2. quæst. 2.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Angelus annuntians non debuerit Virgini apparere visione corporali. Dignior enim est intellectualis visio quam corporalis, ut Augustinus dicit XII. super Genes. ad lit. (cap. xxv. circ. med.) & præcipue ipsi Angelo est magis conveniens: nam visione intellectuali videtur Angelus in sui substantia; visionem autem corporali videtur in assumpta figura corporea. Sed sicut ad annuntium conceptum divinum decebat venire summum nuntium; ita etiam videtur quod decuerit esse summum genus visionis. Ergo videtur quod Angelus annuntians apparuerit Virgini visione intellectuali.

2. Præterea. Visio imaginaria videtur etiam esse nobilior quam visio corporalis, sicut imaginatio est altior potentia quam sensus. Sed Angelus apparuit Joseph in formis secundum imaginariam visionem, ut patet Matth. 1. & 2. Ergo videtur quod etiam apparere debuerit B. Virgini imaginaria visione, & non corporali.

3. Præterea. Corporalis visio spiritualis substantiæ videntes stupefacit: unde & de ipsa Virgine cantatur: *Expavescit Virgo de lumine.* Sed melius fuisset quod à tali turbatione mens ejus esset præservata. Non ergo fuit conveniens quod hujusmodi annuntiatio fieret per visionem corporalem.

Sed contra est quod Augustinus (vel alius Auctor) in quodam sermone (xxv. in App.) inducit B. Virginem sic dicentem: *Veni ad me Gabriel Archangelus facie rutilans, veste coruscans, ingressu mirabili.* Sed hæc non possunt pertinere nisi ad corporalem visionem. Ergo corporea visione Angelus annuntians B. Virgini apparuit.

X

Ref.

Respondeo dicendum, quod Angelus annuncians apparuit matri Dei corporea visione: & hoc conveniens fuit. Primo quidem quantum ad id quod annuntiabatur. Venerat enim Angelus annuntiare incarnationem invisibilis Dei, per quam visibilis fieret: unde etiam conveniens fuit ut ad hujus rei declarationem invisibilis creatura formam assumeret, in qua visibiliter appareret; cum etiam omnes apparitiones veteris Testamenti ad hanc apparitionem præordinentur, qua Filius Dei in carne apparuit. Secundo fuit congruum dignitati matris Dei, quæ non solum in mente, sed in corporeo ventre erat Dei Filium receptura: & ideo non solum mens ejus, sed etiam sensus corpori erant visione angelica refrendi. Tertio congruit certitudini ejus quod annuntiabatur. Ea enim quæ sunt oculis subjecta, certius apprehendimus quam ea quæ imaginamur. Unde Chrysostomus dicit super Matth. (hom. iv. ante med. quod Angelus non in somniis, immo invisibiliter Virgini affuit: (a) nam quia magnam valde revelationem accipiebat ab Angelo, egebat ante tante rei eventum visione solenni.

Ad primum ergo dicendum, quod intellectus visio est potior quam visio imaginaria, vel corporalis, si sit sola. Sed ipse Augustinus dicit (Lib. XII. sup. Gen. ad lit. cap. ix. etc. med.) quod excellentior est prophetia quæ habet simul intellectualem, & imaginariam visionem, quam illa quæ habet alteram tantum. B. autem Virgo non solum percepit visionem corporalem, sed etiam intellectualem illuminationem. Unde talis apparitio nobilior fuit. Fuisset tamen nobilior si ipsum Angelum intellectualem visione in sua substantia vidisset. Sed hoc non patiebatur status hominis viatoris quod Angelum per essentiam videret.

Ad secundum dicendum, quod imaginatio est quidem altior potentia quam sensus exterior; quia tamen principium humane cognitionis est sensus, in eo consistit maxima certitudo: quia semper oportet quod principia cognitionis sint certiora. Et ideo Joseph, cui Angelus in somniis apparuit, non ita excellentem apparitionem habuit sicut B. Virgo.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Ambrosius dicit super Luc. (cap. i. sup. illud, Apparuit illi Angelus) perturbamur, & a nostro alienamur affectu, quando perstringimur alienius superius potestatis ecclesiæ. Et hoc contingit non solum in visione corporali, sed etiam in visione imaginaria. Unde Ge-

(a) Ita mis. & editi passim. Al. cum cod. Alcan. num quia magnam valde relationem ab Angelo accipiebat, egebat tante rei eventus visione solenni. (b) Vulgata occumberet. (c) Ita cum melioribus notis mis. editi passim. aliquo tantum admixto typographico errore, utrobique prætermissi, vel prætermissi: Probatio ante (pro autem, quod erat in nonnullis codd. loco aut) præmitti debet in his quæ dubia esse possunt.

nes. xv. 12. dicitur, quod cum (b) set occubisset, sopor irruit super Abraham, & horror magnus, & tenebrosus invasit eum. Talis tamen perturbatio hominis non tantum homini nocet ut propter eam debeat angelica apparitio prætermitti. Primo quidem quia ex hoc ipso quod homo supra seipsum elevatur, quod ad ejus pertinet dignitatem, pars ejus inferior debilitatur; ex quo provenit perturbatio prædicta; sicut etiam calore naturali ad interiora reducto, exteriora tremunt. Secundo quia, sicut Origenes dicit super Luc. (hom. iv. in prin.) Angelus apparet, sciens hanc esse humanam naturam, primum perturbationi medetur: unde tam Zacharia, quam Mariæ post turbationem dixit: Ne timeas. Et propter hoc, ut legitur in vita Antonii (in Vita Patrum Lib. I. cap. xviii.) non difficilis est beatorum spirituum, malorumque discretio. Si enim post timorem successerit gaudium, à Domino venisse sciamus auxilium: quia securitas animæ presentis majestatis indicium est. Si autem incussa formido permanerit, hostis est qui videtur. Ipsa etiam turbatio Virginis conveniens fuit verecundia virginali: quia, ut Ambrosius dicit super Lucam (cap. i. sup. illud: Et ingressus Angelus,) trepidare virginum est, & ad omnes viros ingressus pavere, omnes viros affectus vereri. Quidam tamen dicunt, quod cum B. Virgo assuevit esse visionibus Angelorum, non turbata fuit in visione Angeli, sed in admiratione eorum quæ ei ab Angelo dicebantur, quia de se tam magnifica non cogitabat. Unde & Evangelista non dicit, quod turbata fuerit in visione Angeli, sed in sermone ejus.

ARTICULUS IV. 167

Utrum annuntiatio convenienti fuerit ordine perfecta.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod annuntiatio ejus non fuerit convenienti ordine perfecta. Dignitas enim matris Dei dependet ex prole concepta. Sed causa prius debet manifestari quam effectus. Ergo primo debuit Angelus Virgini annuntiare conceptum proles quam ejus dignitatem exponere eam salutando.

2. Præterea. (c) Probatio aut prætermitti debet in his quæ dubia non sunt, aut præmitti in his quæ dubia esse possunt. Sed Angelus primo videtur annuntiasse id de quo Virgo dubitaret, & dubitando quæreret, dicens:

Quo-

Quando fiet istud? & postea probationem adjunxit tum ex exemplo Elisabeth, tum ex Dei omnipotentia. Ergo inconvenienti ordine annuntiatio per Angelum est effecta.

3. Præterea. Majus non potest probari sufficienter per minus. Sed majus fuit virginem parere quam vetulam. Ergo non fuit sufficiens probatio Angeli probantis conceptum virginis ex conceptu senis.

Sed contra est quod dicitur Rom. xii. 1. 1. Reg. à Deo sunt, ordinata sunt. Angelus autem missus est à Deo ad hoc quod Virgini annuntiaret, ut dicitur Luc. i. Ergo ordinatissime fuit annuntiatio per Angelum completa.

Respondeo dicendum, quod annuntiatio congruo ordine per Angelum est perfecta. Tria enim Angelus intendebat circa Virginem. Primo quidem reddere mentem ejus attentam ad tantæ rei considerationem: quod quidem fecit, eam salutando quidam nova, & insolita salutatione. Unde Origenes dicit super Lucam (hom. vi. à med.) quod si scivisset, ad aliam quempiam similem esse factum sermonem, utpote quæ habebat legis scientiam, nunquam eam quasi peregrina talis saluatio tenuisset. In qua quidem salutatione præmissit idoneitatem ejus ad conceptum in hoc quod dixit, Gratia plena; exprelsit conceptum in hoc quod dixit, Dominus tecum; & prænuuntiavit honorem consequentem cum dixit, Benedicta tu in mulieribus. Secundo autem intendebat eam instruere de mysterio incarnationis, quod in ea erat implendum: quod quidem fecit prænuuntiando conceptum, & partum, dicens, Ecce concipies in utero, &c. & ostendendo dignitatem proles conceptæ, cum dixit, Ille erit magnus, &c. & etiam demonstrando modum conceptionis, cum dixit, Spiritus Sanctus supervenies in te. Tertio intendebat animum ejus inducere ad consentium: quod quidem fecit exemplo Elisabeth, & ratione ex divina omnipotentia sumpta.

Ad primum ergo dicendum, quod animo humili nihil est mirabilius quam auditis sue excellentiæ: admiratio autem maxime attentionem animi facit: & ideo Angelus volens mentem Virginis attentam reddere ad auditum tanti mysterii, ab ejus laude incepit.

Ad secundum dicendum, quod Ambrosius expresse dicit super Lucam (cap. i. sup. illud, Quando fiet istud?) quod B. Virgo de verbis Angeli non dubitavit: dicit enim: Temperantior est Mariæ responso quam verba sacerdotis. Hoc autem: Quando fiet istud? ille respondit: Unde hoc sciam? Negat ille se credere qui negat se scire, ista se facere profectus, nec dubitat esse faciendum quod quomodo fieri possit, inquit. Augustinus tamen (vel alius auctor) s. Th. Op. Tom. I. c. 22. dicit:

(a) Ita post Garciañ editi fore. quædam libri. Al. cum cod. Alcan. aliiq. prævennerunt.

videtur dicere, quod dubitaverit: dicit enim in Lib. questionum veteris, & novi Testamenti (quæst. li. circ. prin.) Ambigeni Mariæ de conceptu possibilitatem Angelus prædicat. Sed talis dubitatio magis est admirationis quam incredulitatis: & ideo probationem Angelus inducit, non ad auferendam infidelitatem, sed magis ad removendam ejus admirationem. Ad tertium dicendum, quod, sicut Ambrosius dicit in Hexameron (implic. Lib. V. cap. xix. & super illud Luc. i. Exurgat Maria, & cap. viii. sup. illud, Adhuc eo loquente,) ob hoc multe steriles (a) pepererunt, ut partus credatur Virginis. Et ideo conceptus Elisabeth sterilis inducitur, non quasi sufficiens argumentum, sed quasi quoddam figurale exemplum. Et ideo ad confirmationem hujus exempli subditur argumentum efficax ex omnipotentia divina.

QUÆSTIO XXXI.

De conceptione Salvatoris quoad materiam, ad qua corpus ejus conceptum est, in octo articulis divisâ.

Deinde considerandum est de ipsa conceptione Salvatoris primo quantum ad materiam de qua ejus corpus conceptum est; secundo quantum ad conceptionis auctorem; tertio quantum ad modum, & ordinem conceptionis.

Circa primum quæruntur octo.

Primo, utrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.

Secundo, utrum fuerit sumpta de David.

Tertio, de genealogia Christi, quæ in Evangelii ponitur.

Quarto, utrum decurrit Christum nasci de femina.

Quinto, utrum fuerit de purissimis sanguinibus Virginis corpus ejus formatum.

Sexto, utrum caro Christi fuerit in aliquo patris secundum aliquid signatum.

Septimo, utrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.

Octavo, utrum fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

De primo articulo sic proceditur. Videtur quod caro Christi non sit sumpta de Adam. Quia si sumpta fuisset de Adam, non fuisset inchoata in matre, sed inchoata fuisset in Adam. Sed inchoata non potest esse inchoata inchoata. Ergo caro Christi non sit sumpta de Adam.

(a) Ita post Garciañ editi fore. quædam libri. Al. cum cod. Alcan. aliiq. prævennerunt.